



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118855**

§. 28. Petri Odeschalchi & Angli de Rocca obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67344)

Sæc. XVII. etiam prohiberi possint, quo minus Missam in eorum Ecclesiis celebrent ante Missam Parochialis Ecclesiæ: non tamen valeant deferre pluviale vel Stolum per Parochiam extra Ecclesiam vel claustrum, nec etiam intra Missæ celebrationem Matrimonia publicare: sacra vero Congregatio Concilii die vigesima prima ejusdem Mensis decidit, quod Episcopus Canonicos & Confessarios sub pœna pecuniaria cogere valeat ad congregationem casuum conscientiæ, secus tamen, si non audiunt confessiones: declaratum quoque die vigesima secunda Decembris, quod pro Animæ commendatione liceat Monialium Confessario ingredi cum rogeto & stola, & non aliter.

## §. XXVIII.

*Petri Odeschalchi & Angeli de Rotca obitus.*

*Ghilin.  
Theatr. •  
d'uom. letter. Leti  
Ital. Regn.  
Dupin.  
Nouwell  
Bibl. des  
Aut. Eccl.*

Ad censum Scriptorum Ecclesiasticorum, qui hunc annum vitæ suæ postremum habuere, merito revocatur Petrus Georgius ex nobili Odeschalchiano genere ortus, qui ob eminentem jurisprudentiæ Canoniciæ scientiam ingens sibi nomen comparabat. Coniuge sua orbatus, ac sacrae militiæ adscriptus, Romam venit, ubi a Sixto V. & Gre-

& Gregorio XIV. variis Ecclesiæ officiis præfectus, tandem a Clemente VIII. Alexandrinus Episcopus, & Apostolicus apud Helvetios Nuntius renuntiabatur, inde vero redux Viglebanam Ecclesiam insigni cum laude moderabatur, demum hoc anno die nona Maii ibidem fati cessit: Edidit vitam S. Didaci, necnon Sixti V. Pontificis præter alia opuscula Ascetica. Alter erat Angelus Rocca ex Ordine FF. Eremitarum sancti Augustini, Vir in Ecclesiæ antiquitatibus longe versatissimus, qui Pontifici a Sacello, postea Tagastensis Episcopus nominatus, Romæ anno ætatis suæ septuagesimo quinto obiit. Edidit præter opera moralia, *Bibliothecam Vaticanam, Theologicam, & Scripturalem*, tractatus de *Canonisatione Sanctorum*, necnon tractatum de *communione Pontificis*, in quo tamen quandoque minus proprias affert rationes, & supposititiis nititur testimoniis. Scripsit etiam de *Apostolico Sacrario*, item de *sacro Christi corpore Pontificibus iter facientibus præferendo*. Albrechtus quoque de Salengre suo thesauro *Antiquitatum Romanarum* inseruit Patris Roccæ tractatum de *campanis*. Idem Author commentarium de *Rocca Contrada*, quæ urbs nativitatis suæ locus erat, posteris reliquit, unacum explicatione

Sæc. XVII cujusdam tabulæ, in qua Sanctus Gre-  
 A. C. 1620. gorius erat depictus: Adjecit insuper  
 annotations in Sacramentarium S. Gre-  
 gorii.

## § XXIX.

*Cornelius Breda, Languetus & alii  
 hoc anno defuncti.*

Occurrunt adhuc alii Scriptores Ec-  
 clesiastici, qui hoc anno deceffe-  
 runt, quos inter primus erat Cornelius  
 a Breda, qui postquam universam pen-  
 Italiam non pedibus magis quam lau-  
 dibus peragraverat, de veterum Ger-  
 manorum moribus tractatum scripsit,  
 cui titulus *cymba*, seu *errores Germa-  
 norum*: sub Ferdinando II. Imperatore  
 stipendia merebatur in bello contra Bo-  
 hemos, in quo etiam Cremesæ occu-  
 buit. Hunc sequebatur Claudius Lan-  
 guetus Cabilioni in Galliis natus, qui  
 die sexta Septembris obiit, posteris-  
 que reliquit tractatum de rebus con-  
 troversis adversus Theophilum Cassa-  
 granium Calvinistam, necnon carmi-  
 na latina in Bernardum Darandum.  
 Præterea Petrus de Valentino, qui  
 Madriti deceffit, edidit librum *de judi-  
 cio erga verum*, pluraque ejusque opera  
 nondum typis vulgata sparsim in variis  
 Hispaniæ Bibliothecis reperiuntur, quæ  
 morte